



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

23. Vt Pellibvs Agnorum vtantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**



21. **QVOD FAMVLI VESTIMENTA  
alba, hoc est, pallia non habeant.**

Hoc nempè, quod erat in domo Dei ac suorum militum templi, sine discretionè ac consilio communis Capituli, obnixè cōtradiciamus, & funditus, q. quoddā vitium peculiare amputare præcipimus. Habebant enim olim famuli & armigeri alba vestimenta, vnde veniebant damna importabilia: Surrexerunt namque in Ultramontanis partib⁹ quidam Pseudofratres, & Coniugati & alij, dicētes se esse de Templo, cū sint de mundo. hi nempè tantas contumelias totq̄ue damna militari ordini acq̄sierunt, & clientes remanētes plurima scandala oriri inde superbiendo fecerunt. Habeant igitur assiduè nigra, sed si talia non possint inuenire, habeant, qualia inueniri possunt in illa prouincia, qua degunt, aut quod vilius vnus coloris comparari potest, videlicet burella.

22. **QVOD MILITES REMANENTES  
tantum alba habeant.**

Nulli ergo concessum est candidas chlamydes deferre, aut alba pallia habere, nisi nominatis militibus Christi.

23. **VT PELLIBVS AGNORUM  
vtantur.**

Decreuimus communi consilio, vt nul-  
lus



ius frater remanens pelles perenniter, aut pelliciam, vel aliquid tale, quod ad vsum corporis pertineat, etiamque coopertorium, nisi agnorum vel arietum habeat.

**VT VETUSTA ARMIGERIS 24.**  
*diuidantur.*

Procurator vel dator pannorum omni obseruãtia veteres semper armigeris & clientibus, & quandoque pauperibus fideliter æqualiterque erogare intendat.

**CVPIENS OPTIMA, DETE- 25.**  
*riora habeat.*

Si aliquis frater remanens ex debito aut ex motu superbiæ, pulcra vel optima habere voluerit, ex tali præsumptione, procul dubio vilissima merebitur.

**VT QVANTITAS ET QV ALITAS 26.**  
*vestimentorum seruetur.*

Quantitatem secundum corporum magnitudinem largitatemque vestimètorum obseruare oportet: dator pannorum sit in hoc curiosus.

**VT DATOR PANNORVM IN 27.**  
*primis æqualitatem seruet.*

Longitudinem, vt superius dictum est, cum equali mensura, ne vel susurronum vel comminatorũ aliquid oculus notare præsumat, Procurator fraterno intuitu cõlideret,